

## De triplici habitaculo

ritate refert omne preceptum. Quod vero ita sit  
vel timore pene vel alio intentione carnali:  
vel non referat ad illam charitatem quam diffu-  
dit spiritus sanctus in cordibus nostris: non dum sit  
quod admodum fieri oportet: quibus fieri vide-  
atur. Charitas quippe ista dei est et primi  
fructus in his duobus preceptis tota lex  
pendet et propheta. Adde euangelium: adde et  
apostolos. Non enim alius deus vox ista est. Finis  
precepti est charitas: et deus charitas est.  
Quocumque gerit mandatum dei: ex quo unum est non  
mechanice: et quicumque non inuenit: sed speciali  
consilio mouent: ex quo unum est: bonum est ho-  
mini mulierem non tangere: tunc recreantur  
cum referunt ad diligendum deum: et primum  
propter deum: et in hoc seculo et in futuro. nunc  
deum per fidem: tunc per speciem: et ipsum primum nunc  
per fidem. non enim scimus mortales corda mor-  
taliu: tunc autem illuminabit dominus abscondita  
tenebrarum: et manifestabit cogitationes cor-  
dis. Et tunc laus erit unicuique a deo. quod  
id laudabit et diligetur a primo in proxi-  
mo: quod ne lateat ab ipso illuminabit deo.  
Dimittitur autem cupiditas charitate cre-  
scente: donec veniat hic ad tantam magni-  
tudinem qua maior esse non possit. Maior  
rem autem charitatem nemo habet: quam ut animam  
sua ponat pro amicis suis. Ibi autem quod ex-  
plicet contra charitatem erit: ubi cupiditas  
quam vel coercendo superet: nulla erit: et  
summa sanitas erit: quando pretentio mor-  
tis nulla erit.

De fine voluminis vtriusque enchiridion  
appellare vel habere debeas. et quod de  
fide spe et charitate sit scriptus.

Capitulum. CXXI.

### Ed sit aliquan-

do huius voluminis finis: quod  
ipse videris vtriusque enchiridion  
vel appellare debeas vel habere. Ego tamen  
cum spernenda tua in christo iesu studia non  
putare: bona de te credens: in adiutorio  
nostri redemptoris confidens ac sperans: teque  
in eius membris plurimum diligens: librum  
ad te sicut valui: vtriusque tam commodum quam  
prolixum: de fide spe et charitate conscri-  
psi. Amen.

Finis libri enchiridion sancti Augu-  
stini ad laurentium.

Beati Augustini Hipponensis epi-  
scopi de triplici habitaculo libellus fel-  
citer incipit.

### Ria sunt

omnipotentis dei  
manu facta habita-  
cula. primum. inum  
et medium: quorum  
nominum regnum dei  
vel regnum celorum di-

citur. inum vocatur infernum. medium mun-  
dus sensibilis: vel orbis terrarum appellatur.  
Quorum extrema omnia sibi inuicem sunt contra-  
ria: et nulla sibi societate coniuncta. Que enim  
societas potest esse lucis ad tenebras: et christi  
ad belial? Medium autem nonnullam habet sibi  
multitudinem ad extrema. Unde lucis et te-  
nebras habet. frigus et calorem. dolorem et sani-  
tatem. leticiam et merorem. odium et amorem. bo-  
nos et malos. iustos et iniustos. dominos  
et seruos. regnum et subiectionem. famem et sa-  
tietatem. mortem et vitam: et innumera huiusmodi.  
Quorum omnium pars vna imaginem habet  
regni dei: pars altera inferni. Commixtio  
namque simul bonorum et malorum in hoc mundo  
est. In regno autem dei nulli mali sunt: sed  
omnes boni. Et in inferno nulli boni sed  
omnes mali. Et uterque locus ex medio sup-  
pletur. Dominum enim huius mundi alii ele-  
uantur ad celum. alii trahuntur ad infernum.  
Similes quippe sibi inuicem. i. boni  
bonis: et mali malis. Iusti homines iustis  
angelis. et transgressores homines transgresso-  
ribus angelis. Serui dei deo. serui diaboli  
diabolo. Benedicti vocantur ad regnum si-  
bi paratum ab origine mundi. Maldicti  
expelluntur in ignem eternum: qui paratus est dia-  
bolo et angelis eius. Bona autem regni celestis  
dicere: vel cogitare: vel intelligere: ut sunt  
nullus potest carne vestiri. Multo enim ma-  
iora et meliora sunt: quam cogitant et intelli-  
gunt: dum scriptum est. Deus oculis non vidit  
nec auribus audivit: nec in corde hominis ascendit  
quod preparauit deus diligenti se. Regnum namque  
dei omni fama maius: et omni laude melius: omni sci-  
entia innumerabilius: omni gloria quam putat ex-  
cellenti. Mala autem inferni dicere vel co-  
gitare ut sunt: nemo potest. Peiora quippe